

Thomas Lindemann    Nicolaus Beselin

## **Disputatio Iuridica De Possessionum Iure**

Rotochi[i]: Pedanus, 1619

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747847886>**

Druck    Freier  Zugang





N. K. 2 (40.)

DISPUTATIO JURIDICA.

D E

POSSESSIO-  
NUM JURE

*Quam divina Volente gratia.*

PRÆSIDE

AMPLISSIMO, CLARISSIMO ET  
CONSULTISSIMO VIRO,

DN. THOMÆ LINDEMANNO

U. J. D. P. P. Affini & fautori  
observando.

*Publicè ventilandam proponit.*

NICOLAUS Beselinus

Rostoch. Magapol.

A. & R.

*Ad diem . . . hora locoq; destinato.*



ROSTOCHI

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO M. DC. XIX.

DISPUTATIO MEDICA

POSSIBILITAS  
NUMMURAE

ANALYSIS, COKRISIMO ET  
CONSTITUTIO

DR. THOMAS LINDENBERG

U. J. D. P. F. Altmann & Sohn  
Halle

NICOLAUS  
MAGISTER



ROSTOCK  
EXCUBIT. JOHANNES PADERN

ANNO M. DC. XIX.



# Disputatio Juridica

DE

# POSSESSIONUM JURE.

THESIS PRIMA.

**N**atus Cajus in l. i. ff. D. O. J. inquit, nefas esse & indecorum, juris aliquam materiam, omisis illius legitimis principijs, tractare, & sic illotis manibus, ut ejus Verbis Utar, rem illustrandam aggredi: hoc ergo ut evitemus, de jure possessionum tractaturi, operæ pretium erit, ejusdem originem & Naturam à principio repetere, & secundum *Wesenbec. in parat. h. num. 1.* quid sit possessio, tum quotuplex sit, quæ tandem causa, qui deniq; finis & effectus, considerare.

II.

Possessio quid sit, seu ejus definitionem per

A 2

tissimo

aisimos quosq; non ausos fuisse tradere testatur *Ac-*  
*curf. in l. stipulatio ista, §. hac quoq; ff. D. U. O. imo*  
*Emilium Ferret:* ob summam difficultatem possessionis  
definitionem omisisse, ejus commentaria *ad h. t.* pro-  
bant: *Duar. tamen in l. t. §. possessio appellata ff. h. t.*  
*§. 1. Disp. annivers: c. 18. Donell. 5. Comment. jur. Civil.*  
*c. 6. aliq; quam plurimi Interpretes definitionem quan-*  
*dam possessionis introducunt, sed minus convenien-*  
*tem, quare illam etiam omittimus, & cum Conans*  
*comm. jur. Civil. lib. 3. c. 8. p. 258. Andr. Alciat. in l.*  
*questio. 115. D. V. S. Joh: Brech: & Jacob. Cujac.*  
*in parat. ff. §. C. h. possessionem definimus, USUM QUEN-*  
*DAM REI* (Ubi tamen notandum, nos per *USUM* hic  
intelligere apprehensionem, occupationem sive deten-  
tionem *Alc. in d. l. Cont. disp. jur. Civil. c. 10. Briffon.*  
*in Lexic. juris, & Vocabulum QUIDAM* ad certum &  
propriam aliquod genus restringere; ut, quemadmo-  
dum *Ulusfructus* est *Ulus* jure servitutis in fruitione  
consistens, *Commodatum* est *Ulus* jure Conventionis  
ad certum modum, finem & tempus concessus; sic pos-  
sessio sit *Ulus* in occupatione consistens.) Quam tamen  
definitionem, *Bart.* infringit, ut *§. Covarr. in c. pos-*  
*seffor. p. 2. relect. num. 3. d. R. J. in 6. contendentes per*  
*Vocabulum Jus* possessionem definiri debuisse, ob tex-  
tum *in l. peregrè 44. l. 49. ff. h. t. item l. 10. C. eod.* in qui-  
bus possessionem plurimum juris habere innuitur, quare  
etiam secundum Logicorum regulam, quæ Vult, quod  
res maxime per illud, quod illi ut plurimum competit,  
definiri debeat; possessio etiam per *Vocabulum Jus*  
definiri debuisset, tanquam rei sibi magis competen-  
tem *dict. textib.* Verum hisce non, autem, cum  
*Coram.*

*Conan. dict. loc.* in definitione à nobis tradita, acquiescimus.

### III.

Occasionē definitionis, non abs re erit, Vexatissimam illam quæstionem à *Bart. & Covarr.* saltem exactam, num scilicet possessio sit juris, an vero facti? plenius discutere: de qua *Variæ DD.* opiniones existunt; alij namq; possessionem meri facti esse volunt, idq; per l. *quæstio ff. D. V. S. l. cum hæredes 23. ff. h. t. imprimis a. per l. bonæ fidei ff. D. A. R. D.* Alij eam meri juris esse probant, probationem desumentes ex d. l. *peregr. 44. & 49. ff. h. t. item l. se eares ff. d. act. empt. h. 5. ff. d. liber. causa:* Alij deniq; eam & juris & facti simul esse affirmant, *Cujac. in parat. h. & s. obs. 24. Hotom. illustr. quæst. 41. Duar. in d. l. possessio ff. d. Acquir. possess. quorum sententiam, & jure & æquitate defendi posse statuimus.*

### IV.

Divisionem possessionis, quod attinet, in illa etiam valde variant *Jct. Azo & Placent.* unam tantam possessionem statuunt, Naturalem nimirum, eamq; aliquando etiam Civilem dici opinantur: huic aditipulari etiam videtur *Gregor. Lopetz in suis animadvers. jur. Civil. lib. singul. c. 27.* qui unam tantum possessionis speciem admittit, Naturalem nempe, eamq; & juris gentium esse proficetur, jure tamen Civili cooperante. *Alij deniq; de possessionis divisione sentit Hotoman.*

*A 3*

*9. obs.*



*p. obs. 1. Aliter Donell. 5. Comm. jur. Civil. c. 7. vers. si quareretur; Omnium autem optime Jacob. Cujac. in not. priorib. ad tit. per quas person. cuiq. acquir: qui possessionem in tres species dispescit. Civilem nempe, Naturalem, & Corporalem, p. text. in l. 1. § deijcitur ff. D. U. & V. armat. cui subscribimus; & cum Conan. 3. Comm. jur. Civil. c. 9. num. 1. Civilem possessionem definimus detentionem, quæ ex justa causa Domini acquirendi, cum animo & cogitatione Domini apprehenditur. Naturalem ex l. quacumq. §. 1. ff. d. public. in rem act. dicimus rei Detentionem cum animo & effectione justa sibi possidendi, citra tamen opinionem & jus domini: Corporalem ex l. improba C. h. t. l. quàmvis in princ. ff. h. t. l. inficando verb. destinaverit ff. d. furt. detentionem injustam cum proposito & destinatione sibi possidendi: qualem exhibet fur, prædo, raptor & alij.*

## V.

Possessionem efficit justa apprehensio & detentio rei, eo animo facta ut possidere velimus, animo enim & corpore possessionem acquirimus *Wesenbec. in parat. h. num. 4. l. 8. l. 3. in princip. ff. d. Acquir. possess.* Hæc autem priusquam plenius à nobis tradantur, res quæ sub possessionem cadunt, seu quæ possideri possunt, prælibabimus.

## VI.

*Jctus Paul. in l. 3. ff. d. Acquir. possess. inquit: possideri possunt res corporales; Res vero incorporales, quamvis*

vis ipso jure VERE possideri non possint, quia non ca-  
dunt in tactum & comprehensionem hominum, tamen  
QUASI possideri censentur, & ideo etiam l. 10. ff. si servit.  
Vindic. l. 23. §. item ei ff. ex quib. caus. major. l. 18. §. 1.  
ff. d. petit. Heredit. l. 3. §. penult. ff. Und. Vi. utuntur Vo-  
cabulo VIDETUR vel QUASI inveniuntur rebus incorporali-  
bus, quales sunt servitutes, quæ magis in intellectu,  
quàm in facto consistunt, non VERAM, sed QUASI com-  
petere possessionem, hoc tamen interim salvo, quod in  
his tantum præstat fictio, quantum in alijs veritas: &  
quid multis, in l. fin. ff. d. servit. & l. 3. §. qui Ususfructus  
17. ff. d. Vi & Vi armat. rebus incorporalibus ad exem-  
plum rerum corporalium Interdicta quasi possessoria  
accommodantur, ut sic dubitandum non sit, idem,  
quod in corporalibus vera præstat possessio, in incorpo-  
ralibus efficere usum & patientiam, juxt. l. apparet. §. pe-  
nult. ff. d. l. in. act. uq. priv. & l. 10. ff. si servit. Vindic.

## V I E.

Ad rerum autem possessionem requirunt DD. ut  
illæ sint certæ & indubitæ Cujac. in l. 32. §. 2. ff. d. Usuc.  
l. 1. §. hoc interdictum ff. uti possid. l. locus certus, ff. h. t.  
Donell. s. Comm. jur. Civit. c. 9. Cors. 2. indagat. c. fin.  
Borcholt. tract. d. possess. c. 5. num. 9. & seq. Incertitudo  
enim rei possessionem non admittit, inquit l. 3. §. 2. ff. d.  
Acquir. possess. l. si fur. §. fin. ff. d. Usucap. quare necesse est,  
ut prius, an res sit, & ubi sit, sciamus, quam eam ca-  
pere, vel nostram fieri velle possimus, Eleganter la volta  
in l. 19. & 26. ff. d. Acquir. possess. Finge: Titius possedit  
certam fundi partem, is in me, quicquid juris in fundo  
habe-

ff. disp. 40.

hic p. re incerta  
quæ indubitata  
nata, d. decij. ppria  
dubitata pbat. d. t. 32. b. fin.  
exemplo, in quo certares  
pprietas.

habebat, transtulit, ego, qui incertus, adhuc sum, quid Titius possideret, ingredior fundum animo acquirendi quicquid Titius habuit; quæritur, an sit à me acquisita possessio? & virius est quod non, *de sep. l. 3. §. 2.* nam, quamvis res quidem certa sit respectu Titij eam mihi concedentis, non tamen certa est respectu mei, eam acquirere volentis. Nec hoc casu ita inspicienda est ipsa rei natura, quam nostra scientia; Naturam enim rei si consideres, res tam respectu Titij quam mei certa & definita erit, cum omnis res certa & definita dicatur, quæ demonstrari potest: Scientiam vero nostram si perpendas, quia non sciam, qualis & quota sit Titij portio in fundo, quam mihi concessit, utiq; respectu mei res manebit incerta *juxt. d. l. locus 24. item l. si quis in fundum ff. h. t. & per consequens nulla etiam erit possessio.* Sed hoc ex summo juris rigore & subtilitate *Accurs.* provenire, aliter ergo secundum æquitatem pronuntiandum contendit, motus *Authoritate l. officium 9. & l. qua de tota 76. vers. incerta ff. D. R. U.* ex quibus concludit, quod illarum rerum detur possessio, quarum vindicatio, atque incertarum rerum datur vindicatio *l. 76. §. incerta*, Ergo: Verum cum hæc opinionem nostram non infringant, & quomodo hæc *Cai* verba sint intelligenda, tradat *Duar. in l. 3. §. 2. ff. h. t. Borchols. tract. de possess. c. 5. n. 9. & seqq.* certum manebit, rei incertæ, nullam esse nec dari possessionem, sed illi tantum, quæ certa & determinata apparet.

### VIII.

Rem, Ulterius, possessioni subjectam, alijs possessoribus

foribus plane vacuam DD. volunt, *Donell. in l. unic. C. Und. Vi.*, alijq; quamplurimi, ratio exprimitur *in l. 3. §. 2. ff. d. Acquir. possess.* quia duo in solidum possidere non possunt. Quam tamen *d. l. 3. §. 2.* rationem, nonnulli in dubium vocant, quaruntq; de qua possessione ibi loquatur *Jctus*, cum inquit: duo in solidum possidere non possunt, num Civilem an vero. Naturalem possessionem intelligat? *Vacon. à Vacun. 2. declarat. 39, uti & post alios Petr. Friderus Mindan. in tract. d. possess. c. 10.* duos quidem posse possidere in solidum Civiliter, non vero Naturaliter, asserit: quemadmodum enim, inquit: duo pluresve eundem fundum simul possunt introire, eum plene, ejusq; similitudinem integre percipere, eamq; tandem etiam phantasia sua, etiam absentes retinere; eodem modo duo pluresve simul eundem fundum in solidum possidere dici possunt, etiamsi ab illo fundo decesserint; (sed quis quæso hæc non ex mala Civilis & Naturalis possessionis definitione, ubi Naturalis corporalis, Civilis vero intellectualis definitur, provenire agnoscit.) Hanc vero *Vacon. à Vacun. opinionem refellit Jaf. in d. l. 3. §. 5. col. 5. vers. tertio potest*, putans, uti nec Naturaliter, ita nec Civiliter posse duos in solidum possidere, per rationem: quod actus Civiles, aliquando imitentur Naturales, ut ergo insistentia Naturalis, respectu ejusdem rei non potest esse penes duos pluresve in solidum, ita nec insistentia Civilis; Cujus sententia *Duar. in d. l. 3. placet, & à saniorib. etiam Interpp. probatur*, nobisq; magis arridet; quis enim quæso dicet, duos possidere posse in solidum Civiliter, nisi simul etiam dicat, duos pluresve posse simul usucapere, & sic dominos ejusdem rei in solidum fieri, cum Civilis possessio sit

B

causa

causa usucapionis, non vero Naturalis, l. acquiritur. §. fin. ff. d. A. R. D. quod tamen fieri non potest. Nec est, quod contrarium sentientes nobis obtrudunt, ipsum *Actum Paul. in d. l. 3. §. 5.* de nulla alia possessione quam de Naturali loqui, siquidem de insistentia Naturali rei alicujus loquatur, cum inquit: per rerum Naturam, non possum itare, ubi tu itas, &c: sed quicquid hæc & alia sint facile diluemus, & h. §. n. tam de Civili quam naturali possessione loqui, juris textib. & rationibus demonstrabimus.

## IX.

*Nota alijs possessoribz  
vacua.*

Sed hæc obiter; nunc ad rem ipsam; ostendimus supra, quod res quæ possideri debeat, alijs possessoribus debeat esse vacua, qua ratione contra *Azon. Accurs. illorumq. sequaces*, asserimus, ad dominium rerum consequendum, necessariam esse justam & vacuam possessionem. Ne quis autem putet, nos hæc sine jure & ratione asserere, videat l. 3. §. 2. ff. d. act. empt. l. 8. C. cod. l. 78. §. 1. ff. d. contrah. empt. l. 12. C. d. probat. Jason. in §. actionum num. 14. j. d. act. imprimis autem l. cum fundum ff. D. Vi & Vi armat. l. si rem tradi 28. junct. l. in conventionibus ff. D. V. O. quæ omnes justam & vacuam possessionem, si alias juris effectum sortiri debeat, requirunt: nam si occupatam jam, & alij competentem possessionem mihi tradas, possessorem me efficere non potest, quin illum, cui alias de jure competit possessio, possessione spolies, quia duo insolidum possidere non possunt: quod si autem alteri possessionem vi vel clam eripias, & in me transferas, efficis me quidem possessorem, & in  
me

me possessionem transfers, sed improbam & injustam,  
ex qua dominium mihi quærere non potero, arg. l. quod  
servus ff. d. Acquir. possess. idcirco, si justa & legitima esse  
debet, & exinde dominium sequi, necesse est, ut vera  
& vacua sit, quæ mihi tradatur possessio. Cont. 1. diss. jur.  
Civil. c. 8. Ab hac autem legitima sententia, & magis  
recepta opinione nos non abducere debet l. quisquis 18. C.  
d. donat. (quam Azo unum ex mirabilibus mundi vocat)  
& imprimis l. si fundum 10. ff. d. fund. dotal. ex quibus con-  
trarium sentientes fundamenta sua hauriunt: si enim re-  
ctè inspiciantur, & vera facti species exinde deducatur,  
solutio & explicatio, haud erunt difficiles.

## X.

Et sic res parum attingisse sufficiat, quæ in possessio-  
nem veniunt, nunc ad illud quod præcipuum descen-  
dendum, quomodo nimirum possessio illarum rerum  
ACQUIRATUR, quomodo RETINEATUR, & tandem, quo-  
modo AMITTATUR.

## XI.

Acquirimus inquit l. qui universas 30. §. penult. ff.  
h. t. animo & corpore possessionem: in acquirenda e-  
nim possessione utrumque concurrant necesse est, animus  
nimirum possidendi & res quæ possidetur l. si id quod 25.  
§. fin. ff. h. t. l. 1. §. si quis ff. d. Vi & Vi armat. l. qui jure  
41. l. 3. in princip. & §. in amittenda ff. h. t. non enim quæ  
spe & animo habemus, continuo nos possidere dicen-  
dum est l. 1. §. per procuratorem & §. item acquirimus ff.  
B 2 h. t. Cit.

*Acquisitio possess.*

b. t. Cujac. 4. obs. c. 3. Wesenb. tn parat. h. num. 6. Neq̄;  
unquam hac de re inter juris Interpretes pugna fuit,  
quemadmodum quidem *Hotoman. illustr. quest. 41.* putat,  
qui motus *Authoritate l. 3. §. Neratius*, inter Proculian;  
& Sabin: controversiam fuisse scribit, Procul: sententi-  
bus solo animo posse possessionem acquiri, contra autem  
Sabin: afferentibus nullam possessionem esse nisi simul  
animo adminiculum quoq; corporis accedat: sed hæc  
Jcti Paul: mens & opinio non fuit, docet enim Jctus:  
Proculum cum Neratio existimasse, solo animo possessio-  
nem acquiri non posse *ut princip. d. §. innuit*, quod au-  
tem ex subsequentiis verbis concludit ubi dicitur,  
*statim thesaurum possidere in fundo meo recon-*  
*ditum, quam primum affectum possidendi habuero*;  
ergo solus animus ad acquirendam possessionem sufficit;  
est sane mala ista collectio, & ratiocinandi hæc ratio  
procedere non potest, nam argumentum hoc à specie ad  
genus est desumptum, siquidem in toto jure nostro  
hæc opinio Proculian: nusquam excepto hoc uno loco  
& casu confirmetur. Nec etiam possessio Naturalis  
hoc casu plane exclusa dici potest, sunt enim verba textus,  
*quod Naturali possessioni deest, hoc animus supplet*,  
exinde enim videmus, possessionem Naturalem,  
quodammodo intervenisse. Verum cum in rebus,  
præsertim mobilibus, non satis sit rem quodammodo  
occupare, sed vere & corporaliter apprehendere,  
Sabinian: sententia ad extremum obtinuit, thesaurum  
nimirum in fundo à me possessore conditum, acquiri  
non posse, nisi loco motus sit, hoc est, nisi simul  
animo corporalis apprehensio accesserit, hanc ergo cri-  
am, tanquam veritorem sententiam retinemus & appro-  
bamus. Verum

## XII.

Verum enimvero, cum Naturali hac possessione & apprehensione uti, non semper Commodum sit; imo nec liceat, cum propter rerum quas possidere volumus distantiam, aliasq; quæ hic non recensentur causas, sciendum aliquando apprehensionem compendiosam vel fictam *Cujac. 4. obs. c. 3.* vel actum adscitium, uti putat *Donell. 5. Comm. jur. Civil. c. 9.* sufficere, qui magis ex oculis & affectu, quam vera rei apprehensione dijudicatur. Quibus autem, & quod in causis hic actus adscitius vires suas exerat, variant *D D.* Nonnulli tamen quatuor potissimum adducunt, & primam dicunt ostendere *l. 1. §. penult. ff. d. Acquir. possess. l. 79. ff. d. solut.* Secundam vero *l. qua ratione, §. item si quis ff. D. A. R. D. in esse.* Tertiam tradere *l. quarundam ff. d. Acquir. possess.* Quartam deniq; exhibere, *l. quod meo 18. §. si venditorem 2. ff. h. t.* Verum cum præter has & alia inveniantur, certum causarum numerum definire non placet, hoc tamen scire volumus, fictam apprehensionem hanc, ejusdem esse effectus & efficaciam, ac vera Naturalis & plena rei contrectatio.

## XIII.

Nec satis est videre, quomodo possessio acquiratur, nisi etiam per quos id fiat consideremus. Fit autem hoc, seu acquiritur possessio juxta *l. 1. §. adipsimur ff. h. t.* cum per nosmetipsos, tum per alios

B 3

§ nos



*§. non solum, j. per quas person. acquir.* Aliter hæc  
Donell. 5. *Comm. jur. Civil. c. 9.* Acquiritur inquit :  
possessio animo & corpore, animo quidem nostro so-  
lo, quia velle animis tantum nostris inhæret: corpo-  
re vero tum nostro, tum alieno; Corpore nostro quid  
indicet, cuiq; notum est, Corpore vero alieno quid  
intelligat, ostendit nobis *l. 18. ff. h. t. l. 1. §. item ac-*  
*quirimus ff. eod. l. 10. §. 2. ff. D. A. R. D. §. non so-*  
*lum j. per quas person. acquir.* Ubi tamen ex prædi-  
ctis textibus notandum, corpus alienum dupliciter in  
hac materia considerari, primo, quatenus liberam pro-  
sonam denotat, qualis est procurator, secundo, qua-  
tenus personam, alterius potestati, siue dominicæ, si-  
ve patriæ subjectam, qualis est servus vel filiusfami-  
lias, significat. Quod ad primum, seu personam  
liberam attinet, expressi & indubitati juris est, pro-  
curatorem æque ac nosmetipsos acquirere possessio-  
nem, *d. l. 1. §. pro procuratorem ff. h. t.* certis tamen  
advenientibus requisitis, quorum unum exprimitur  
*in l. 1. §. ceterum ff. h. t.* ut nimirum animum & in-  
tellectum possidendi habeat, alterum *in d. l. 1. §. pro-*  
*curatorem,* Ut animus hic ita sit comparatus, quo no-  
bis, non vero sibi vel alij acquirat. Quod secun-  
dum, seu personam patriæ potestati subjectam atti-  
net, qualis est filiusfamilias, de eo dubium nullum  
est, quin nobis possessionem acquirat, servorum  
tamen conditio dominicam potestatem recognoscen-  
tium, quo ad possessionis acquisitionem est diversi-  
moda, cum enim hic vel in solidum nobis sit subje-  
ctus, vel ratione ususfructus nobis seruiat, ita etiam di-  
versa ratione nobis acquirunt, *d. l. 1. §. item ac-*  
*quirimus l. 20. ff. D. A. R. D. d. §. non solum j. per*  
*quas*

quas profon. &c. item l. 49. ff. h. t. §. de ijs autem,  
junct. §. non solum j. d. t. ille quidem plene & in-  
distinctè nobis acquirit possessionem, hic vero tan-  
tum ex re nostra & operis suis dicit, l. 49. h. t. Ubi  
tamen etiam de servo fugitivo inquirere libet, an, et  
quatenus nobis per illum acquiratur? & verius est,  
quod quia servus fugitivus obstante servitute & ra-  
tione suæ personæ, sibi nihil acquirere possit, imo  
dum in fuga est; & à nemine occupatur, neque alij,  
nobis æquè ac si non fugisset acquirat, l. 10. §. per  
servum ff. h. t. text. expressus in l. 25. §. ult. in fin. ff.  
de liberal. causa item l. 10. §. 1. l. 54. §. fin. ff. D. A. R. D.  
l. 13. §. 1. ff. h. t. l. 118. ff. D. R. I.

#### XIV.

Acquisita ita possessione per procuratorem, &  
servos, tanquam corpora aliena, vel per nosmetipsos,  
tanquam corpus proprium, nihil refert, an ex una,  
an vero ex pluribus causis rem possideamus l. 3. §. ex  
pluribus 4. ff. h. t. (ubi sciendum, nos pro causa hic  
intelligere titulum possidendi, l. nec ullam §. 1. ff. d.  
petit. Heredit. l. 1. ff. prr' dot. quare etiam J. C. ius Paul. in  
d. l. 3. §. genera, ait: possessio justa esse non potest,  
sine causa, id est sine titulo: & expressius Dioclet. & Ma-  
xim. in l. nullo justo C. D. R. U. rescripserunt, nullo  
justo titulo præcedente, Usucapionem non procede-  
re) & hoc utilitatis causa receptum esse monent DD.  
quo & facilius per possessionem ad dominij acqui-  
sitionem perveniamus, possidendo enim acquirimus  
domi.

85p 40 Th.

dominium l. 1. in princip. ff. d. Acquir. possess. & si ex una causa interrumpatur possessio, ex altera possit, Usucapio procedere. Duar. in d. l. 3. h. aliq. Interpp. Quod tamen nonnullis displicet, putantes possessionem non nisi ex una causa posse contingere, moti illo principio, quod dominium non nisi ex una causa contingat d. sep. l. 3. §. ex plurimis, & quod dicitur in l. 4. C. d. contrah. empt. possessionis titulum non debere duplicari, quod nihil aliud esse dicunt, quam neminem duabus ex causis posse possidere: sed notandum possessionis vocabulum, Uti DD. hic notant, esse polysimon, & modo possessionem in specie sic dictam, modo etiam dominium significare, quomodo cum & in d. l. sumatur, ut notat ibi Accurs. aliq. Interpp. Vide tamen Petr. Fabr. in l. non ut ex pluribus ff. D. R. J. Duar. in d. sep. l. 3. §. 4. Vacun. à Vacun. 2. declar. 43. Borcholt. tract. de possess. c. 6. numer. 18. & seqq. communis obtinebit sententia, non ex una tantum, verum etiam ex pluribus causis posse possessionem procedere, dict. textibus. Hoc tamen notandum, quod quamvis ex pluribus causis possimus possidere, nobis tamen non liceat possessionis causam mutare d. sep. l. 3. §. illud quoq. Jul. in l. 2. §. quod vulgo ff. d. petit. Heredit. Cels. in l. quod meo ff. h. t. text. in l. fin. ff. si pars Heredit. potat. Veluti si vellem id possidere ex empto quod pro legato, vel pro legato. quid pro iudicato. Causa autem possessionis, quam varie in iure nostro mutari dicatur, copiose hic recensere, nostri non est instituti: hæc ergo de possessione acquirenda dicta sufficiant.

Restat

Restat nunc, ut quomodo Acquisita RETINEA-  
 Tur, videamus; Retinetur autem possessio corpore  
 & animo nostro simul, (quibus enim modis acquiri-  
 rur, isdem etiam multo magis retinetur *l. 10. §. 1. ff.  
 h. t.*) vel animo nostro tantum, *l. 3. §. saltus ff. h. t.*  
 (per quod ibi adductum exemplum, simul omnia  
 prædia, ex quibus ea mente recedimus, ut possessio-  
 nem retinere velimus, extendit *Jctus Ulp. in l. 1. §. 25.  
 ff. d. Vi & Vi armat.* difficile enim esset dominis  
 uni rei, & impossibile pluribus, per singula horarum  
 momenta incumbere *arg. l. 44. ff. h. t.* imo etiam  
 servile quodammodo, perpetuo fundis adscriptionum  
 instar adhærere) vel deniq; animo nostro & corpo-  
 re alieno, *l. 9. ff. h. t. l. 35. ff. D. A. R. D.* quod  
 fit per omnes illos, qui nobis acquirunt, quiq; nostro  
 nomine sunt in possessione, per hos enim ac per nos-  
 metipfos revera possessionem retinere credimur *d. l. 9.  
 in tantum etiam, ut quamvis illi vel moriantur, vel fu-  
 rere incipiant, possessio nobis maneat d. l. id quod  
 §. 1. ff. h. t.* Sed hæc vera sunt, si possessio ab il-  
 lis, qui nostro nomine sunt in possessione ex justa  
 aliqua & urgente causa, ut verba demonstrant, sit  
 relicta, quid ergo dicendum, si forte servi, coloni,  
 vel alij sponte sua nulla necessitate urgente à posses-  
 sione decesserint, anne nihilominus animo retinemus  
 possessionem? De hoc controversia fuit inter Sabinian:  
 & Proculian; ut eleganter ostendit *Justin. in l.  
 fin. C. h. t.* Sabinia, moti autoritate illius quæ di-  
 cantur in *l. 31. & l. 40. §. 1. h. t.* possessionem nobis,

C

si co-

qui retinetur p

l. aio et corpore

l. aio nro tantum

l. aio nro et co  
licet.

si colonus sponte sua decesserit, denegant, quia *di. l.*  
*l. inquit: Aliud Est &c:* quare dicunt, quod quamvis  
quidem, ut in princip: *§. 1.* dicitur, in nos conti-  
nueretur possessio, eamq; retineamus, si scilicet morte  
præventi, vel furore perterriti coloni decesserint, hoc  
ex justa & urgente causa fiat, aliud ergo esse dicen-  
dum, si sponte sua possessionem reliquerint, quo ca-  
su amitti potius, quam retineri possessionem, statu-  
endum: Sed ut malè est, inspecto aliqui principio le-  
gis, de tota lege judicare, ita quoq; inconvenienter  
fieret, omisis posterioribus *hujus §.* verbis, priora tan-  
tum attendere, siquidem African: hanc Sabinian. sen-  
tentiam conditionaliter approbat, ut finalia *h. §.* ver-  
ba innuant, si nimirum ipse Dominus possessionem  
adipisci neglexerit, quo casu merito amittit possessio-  
nem, jura siquidem vigilantibus, non vero dormienti-  
bus sint scripta. Vera ergo manebit proculian.  
sententia, asserentium, hoc casu minime possessionem  
amitti *per l. 31. ff. d. dol. mal. l. 3. §. 8. vers. quod si*  
*servus ff. h. t. Vide l. fin. C. h. t. Vacun. à Vacun. 2.*  
*declarat. 43.* Inficias tamen ire non possumus, quin  
aliquando decedentibus à fundo colonis nos quoque  
ejusdem possessione privemur: quod quatuor potissi-  
mum modis fieri debere monstrat *Donell. 5. Comm.*  
*jur. Civil. c. 12.*

## XVI.

Cum vero possessio tam diu retineatur, donec  
amittatur, superest, ut quomodo DEONATUR seu  
AMIT-

*mittitur possessio*

AMITTATUR, dispiciamus. *l. si me in Vacuam ff. h. e.*  
Amittitur autem possessio solo animo juxta *dict. sept. 3. §.*  
*in amittenda h. t.* hoc est, statim amittitur ubi quis  
hunc animum habet quod amplius possidere nolit.  
Verum attende, quid dicat *JCtus Paul. in l. quemad-* *ob*  
*modum §. ff. h. t.* quemadmodum enim, inquit: nulla  
possessio acquiritur, nisi corpus & animus simul in-  
terveniant, ita quoque nulla amittitur, nisi in qua,  
in utrumque in contrarium actum sit *Vide etiam l. 44.*  
*ff. eod. l. 153. ff. D. R. J. Paul. 5. sent. 2. §. 1. §. 5.*  
*in fin. j. d. Interdict.* quomodo ergo quæso hæc con-  
veniant cum præcedentibus *in l. 3. §. in amittenda.*  
*verbis*, ubi dicitur solo animo amitti possessionem?  
sane *Vacon. à Vacun.* contrarium sibi *JCtum Paul.*  
*in dict. h.* asserit, imo ipse *Jas.* qui tamen auriga  
*JCtorum* perhibetur, talem horum textuum contrarie-  
tatem admittit, ut fateatur realem horum textuum  
conciliationem invenire, per quam difficile esse, seque  
semper de hujusmodi contrario dubitasse: *G. loss.* *gul* ta-  
men horum textuum conciliationem introducere vo-  
lens, distinguit inter possessionem, à CORPORE ET  
ANIMO inceptam, ut si possessio sit à Corpore ince-  
pta, in amittenda ea concurrentia corporis & animi  
requiratur, & sic obtineat *d. l. quemadmodum*, si ve-  
ro ab animo sit incepta, solus animus sufficiat *d. l. 3. §.*  
*in amittenda*: quam etiam distinctionem quod miror  
admittit *Gothofr. in notis ad d. l. 8. lit. R.* Aliter  
distinguit *Wesenbecc. in parat. numer. 6.* inter posses-  
sionem nimirum JURIS, seu quæ in animo consistit,  
quasi in amittenda ea solus animus operetur, & FA-  
CTI, in qua amittenda animus & corpus concurrunt.

Allo denique modo hos textus conciliare conatur  
*Cont. 1. disp. jur. Civil. c. 11. Duar. in d. l. 3. & c. 4.*  
*Vide etiam Borcholt. tract. d. possess. c. 8. Arum. disp.*  
*fflor: 20. thes. 12.* Nos utrumq; possessionem animo amitti,  
& tamen utrumq; & animum & corpus in amissione  
possessionis in contrarium agi, simul subsistere arbitra-  
mur, idq; plenius ipsa disputatione demonstrabimus.

## XVII.

Quamvis vero ut antedictum possessio solo ani-  
mo amittatur, amittendæ tamen rationes plurimæ & va-  
riæ sunt, pro ut innuit *l. qui universas 30. per tot. ff. h. t.*  
quæ tamen omnes breviter possunt comprehendi, si di-  
camus, quod summa amittendæ possessionis ratio sit  
duplex, prima, si NOLIMUS POSSIDERE, secunda, si AM-  
PLIUS POSSIDERE NON POSSIMUS, hoc fit, vel ratione  
REI quæ possidetur, vel ratione PERSONÆ quæ possi-  
det; Ex conditione rei possidere non possumus, si  
videlicet res jam sit commercij hominum exempta, idq;  
vel. NATURA, VEL IURE. *Natura ut in l. cum*  
*unus 12. §. fin. ff. d. reb. authorit. judic. possid. si fun-*  
*cus à flumine penitus occupetur, l. 3. ff. h. t. l. si ager. l.*  
*cum Ususfructus ff. quomod. Ususfruct. amitt. Iure*. Ve-  
luti primo, si res profana ad sacros usus sit destinata,  
quale exemplum nobis suppeditat *l. qui universas 30. §.*  
*1. ff. h. t.* cum mortuus in locum quem possidebamus sit  
illatus, qua ratione sit religiosus *§. religiosum, j. D. R. D.*  
Necessè vero est, ut inferatur in locum sepulturæ gra-  
tia, nam si quis corpus intulerit, quod cogitaret, inde  
alio

alio transferre, magisq; temporis gratia ibi deponere,  
quam sepelire, manet locus profanus, nec in religiosum  
transmutatur. *text. in l. si quis ff. d. Religios. & sumptib. fu-*  
*ner. Briffon. lib. 4. antiquit. c. 15.* Secundo, si res jam sit  
in aliam speciem mutata, ut si ex lana vestimentum sit  
factum quo casu lanam possidere desinimus *l. 30. §. item*  
*ff. h. t.* quia ejus forma est mutata, quæ plane rem inte-  
rire facit *l. Julianus, §. si quod rem, ff. ad exhib.*

### XVIII.

Ratione porro personæ possidere non possumus, si  
illa in potestatem alterius pervenerit *d. l. qui universas §.*  
*item mari*, quod fit, si ille qui possidet servus sit factus,  
vel ut servus possideri ceperit, hic enim quia ab alio de-  
inceps possidetur, possidere nihil potest. *l. 23. §. 1. l. 20.*  
*§. 3. ff. h. t. l. 3. & §. fin. ff. D. A. R. D.*

### XIX.

Hæc verò quæ modo dicta sunt, respiciunt primum  
amittendæ possessionis modum, quando nimirum invito  
possessionem amittere cogimur, seu cum amplius possi-  
dere non POSSIMUS. quando autem amplius possidere  
NOLIMUS, aliud est dicendum, quod enim in primo  
modo Natura & jus perfecit, in hoc secundo modo vo-  
luntas nostra operatur: quæ tamen voluntas, vel verbis,  
vel facto ipso declaratur, verbis, veluti si quis dicat, se  
amplius possidere nolle *l. 3. §. in amittenda. Vide etiam*  
*l. 18. in princip. h. t. l. 20. §. penult. ff. d. interrogat. in jur.*  
*faciend. facto, cum hujusmodi quid agimus, quod abdi-*  
*cationem & translationem importet, quod varijs modis*  
*contingit.*


C 3


Finis




Finis deniq; & effectus possessionis est, ut rebus  
 possessis utamur fruamur, *Wesenbec. in parat. h. numer. 7.*  
 sunt tamen præter hunc nobiliores & præstantiores pos-  
 sessionis effectus, qui cum omnes à nobis assignari non  
 possint, quasdam tantum attigisse sufficiat: *L. certum. 22. ff. 9. R. V.* unum possessionis effectum nobis demon-  
 strat, perceptionem nempe fructuum, quam b. f. pos-  
 sessoribus competere tradit, *Vide tamen Donell. 4. Comm. jur. Civil. c. 57. l. 4. §. 2. ff. Fin. Regundor. l. 40. in fin. ff. D. A. R. D. Faber. 4. Conject. 7. Covarr. 2. lect. 25.* Alium  
 possessionis effectum nobis exhibet *l. cogi ff. d. petit. He-redit. l. 11. C. eod. l. 7. C. d. testib. l. 4. C. d. Edend* nimirum  
 ab onere probandi sublevationem (quod tamen fal-  
 lit, si juris præsumptio contra illum militet, qua ratione  
 onus probandi subire cogitur *Petr. Costal. in l. petitorio ff. D. R. V.* Aliam etiam possessionis utilitatem *l. in pari ff. D. R. J. monstrat.* Plures deniq; apud *Donell. 5. Comm. jur. Civil. c. 17. Mynsinger. 4. obs. 61. Goill. 3. obs. 55.*  
*aliosq; Interpp.* Videre licet; hæc ergo disqui-  
 sitioni publicæ, hac vice subiecisse  
 sufficiat.














5.  
inciaciones, licet signum conditionis ha-  
n statim sunt conditiones, siquidem illa in-  
ationis est pura, hæc verò in diem  
ff. de cond. & demonstr. l. 17. l. 28. de  
Inst. de V. O. l. 9. § 1. de novat. Dn.  
F. C. Exerc. 47. th. 17. Et notanter  
Et; quippe alia planè ratio obtinet  
tatibus, quoad posterius exemplum.  
as heres ita instituat: *Tilius heres esto,*  
*si morietur,* omnino facit conditionem, quia he-  
Sempronium mori potest. Et hoc  
n tale legatum: *heres meus, cum mo-*  
*dato,* defenditur, quoniam legatarius  
edem discedere potest, discesso verò  
edem ejus legatum non transit, quia  
ivo eo, quamvis certum fuerit mori-  
f. de condit. & dem. l. 4. pr. qn. dies leg.  
n stipulatione. Et si enim ante pro-  
or decessit, heredi tamen ejus debe-  
erb. oblig. Nam & spes conditionalis  
eredem transmittitur, & quilibet non  
d etiam heredibus contrahit. Nihil  
an mortuo stipulatore exitum ha-  
nitium namque, quo facta est stipu-  
legati verò non, sed solum dies ejus  
tur. Sin verò heredi instituto ad-  
s cum morietur, heres esto, non condi-  
si legatario adjicitur l. 4. §. 1. ff. qn. le-  
neus 79. pr. ff. de cond. & dem. quia,  
orieris, vivens mori intelligaris, &  
sit, te vivo, diem legati existere. Mo-  
men-